Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bene tibi sit symon mage
amaritudinis plene. Sy
mon dixit. Audi cesar ne
ro, ut scias istos falsos es
se. et me de celis missum. cras
tina die ad celos uadam. ut
eos qui michi credunt bea
tos faciam. in istis autem qui
ausi sunt me negare iram
meam ostendam. Petrus
et paulus dixerunt. Nos o
lim uocauit deus ad gloriam
suam. tu autem a dyabolo iam
uocatus es, et ad tormenta
festinas. Symon dixit. Ce
sar nero audi me. Istos in
sanos a te separa. ut dum
uenero ad patrem in celis
possim tibi esse propitius. Nero
dixit. Et unde hoc proba
mus, quia in celum uadis?
Symon dixit. Jube turrim
excelsam fieri ex lignis et
trabibus magnis, ut ascen
dam in illam. et cum in e
am ascendero. angeli mei in
aere uenient ut tollant me
Non enim in terram inter

peccatores uenire possunt ad
me. Nero dixit. Volo ui
dere si imples quod dicis.
Tunc nero precepit in cam
po martio turrim excel
sam fieri. et precepit ut
omnes populi et omnes dignita
tes ad istud spectaculum con
uenirent. Altera uero die
in omni conuentu iussit ne
ro paulum et petrum ad hoc
spectaculum presentari. Qui
bus sic ait. Nunc habet ueritas
apparere. Paulus et petrus
dixerunt. Non eum nos dete
gimus sed dominus ihesus xpistus filius dei.
quem hic se ipsum esse mentitus
est. Et conuersus paulus
ad petrum dixit. Meum est po
sitis genibus deum exorare,
tuum est imperare. si quid ui
deris eum conari. quomodo tu
prior electus es a domino. Et po
sitis genibus orabat paulus.
petrus autem intuitus ad simo
nem dixit. Incipe que dixi
sti. appropinquabit enim et
tua deiectio et nostra uocatio.